Toletana decimarum quoad Tenutam de Perobequez, & Vrtada.

24

Stantibus &c.

Dubium. *An sit standum in primo, vel secundo loco decisis coram Reu. P.D. Cerro, quoad tenutam de Perobequez, & Vrtada in casu &c.*

1. *Reu. Pater.* ANtiquissimum, & Regium Monasterium Monialium Clausarum Ordinis Sancti Dominici Ciuitatis Toleti reperiebatur à tempore *immemorabili* in quasi possessione non soluendi Reuerendissimis Archiepiscopo, & Capitulo Toletano, alijsque decimarum comparticibus decimas ex omnibus fructibus suorum bonorum, quæ proprijs sumptibus colebant iuxta formam Priuilegiorum, quibus Sedis Apostolica Religiosos condecorare consueuit ad *Textus expressos in cap.licèt 12. & cap.24. de decimis*; cum autem anno 1638. Moniales emissent duas greges ouium, quas ad pascendum introduxerant in Tenutam de Peroboquez, & Vrtada, cumque tunc Moniales non essent in quasi possessione non soluendi decimas ex fetidis Pecudum. Lana, lacte, & caseo, ex quo per longissimum tempus greges ouium non habuissent, statim oculatus Minister scilicet Agens Generalis redditυum decimalium Archidiœcesis Toletanæ de anno 1639., de tempore quo erat Archiepiscopus Cardinalis Infans Hispaniarum Iudicium instituit coram Ordinario Toletano super manutentione in quasi possessione exigendi decimam *Agnorum, lanæ, casei, & lactis* contra Priorissam, & Moniales dicti Monasterij ex Gregibus ouium, quas depascere faciebant in dicta Tenuta de Perobequez, & Vrtada, instititque relaxari mandatum cum censuris pro solutione dd. decimarum *Summario num. primo litt. F.*, & vocatis ad causam Priorissa, & Monialibus comparuit coram Ordinario Procurator dicti Conuentus, & allegauit illas non teneri ad dd. decimarum solutionem, ex quo vigore Priuilegiorum, & consuetudinis immemorabilis nunquam decimas persoluerant ex fructibus bonorum suorum, quę proprijs expensis colebant, & quemadmodum non soluebant decimam ex frumento, sicula, & oliuis, & aliis quibuscumque fructibus, quos colligebant in dicta Tenuta de Perobequez, & Vrtada, ita etiam soluere non tenebantur decimas Agnorum, lanæ, casei, & lactis, ex quo Greges ouium erant propriæ dicti Monasterij, easque depascere faciebant in dicta Tenuta, quæ erat propria Monialium, factisque coram Ordinario pluribus instantijs hinc inde, vt refertur in dicto *Summario num. 1. litt. G.* tandem

dem Ordinarius citatis Partibus decretum interposuit, quō causam ad probationem admisit, & præfixit terminum Partibus communem ad probandum suas incumbentias *dicto Summario num. primo, litt. H.*, & ex parte Priorissæ, & Monialium producti fuerunt articuli, quibus articulata fuit consuetudo immemorabilis non soluendi decimas ex quacumque specie fructuum, quos colligebant in proprijs Tenimentis, quæ proprijs sumptibus colere faciebant, sed quod si propria Tenimenta, seù partem illorum locarent, quod tunc bonorum Conductores decimas persoluebant iuxta terminos *Text. in cap. licet de decimis*, & d. consuetudinem immemorabilem cum omnibus suis requisitis articularunt, vt ex tenore articulorum, *Summario dicto num. 1, litt. I.*, & die 2. Julij 1641. dictus Iudex Ordinarius commissit Notario, & scribæ reddituum decimalium, vt citatis Partibus Testes ex parte Monialium inducendos super dd. articulis examinaret cum facultatibus descriptis in dicto *Summario num. 1. litt. P.* qui quidem Notarius se contulit ad oppidum de Perobequez, ibique plures Testes examinauit, qui ad formam articulorum deposuerunt, & quidem de visu vltra annos quinquaginta, & sexaginta de auditu à maioribus, de publica voce, & fama, quòdque nunquam visum, dictum, vel auditum fuerit in contrarium, vt plenius ex dicto *Summario num. 1. à litt. E. ad finem*: ex parte verò Archiepiscopi nulla facta fuit species probationis, nec aliquo documento, aut alicujus Testis depositione probare valuit, quod aliqua vice ex præcitatis fructibus decimam exegisset, publicatis proinde probationibus, illisque partibus communicatis, factisque ex vtraque parte allegationibus, vt refertur dicto *Summario num. 2. in principio*, conclusa causa, & citatis partibus die 18. Septembris 1641. Idem Ordinarius decretum publicauit, quo declarauit concedendam esse Archiepiscopo, & Decimarum comparticibus manutentionem in quasi possessione exigendi decimam *Agnorum, lanæ casei, & lactis* à conductoribus Pascuorum dictæ Tenutæ de Perobequez, & Vrtada; *E conuerso autem manutentionem concessit fauore Regij Conuentus S. Dominici* non soluendi Decimas, quæ procedebant ex Gregibus Monialium, quas depascere faciebant in dicta Tenuta de Perobequez, & Vrtada, & mandauit neutram ex partibus in dicta quasi possessione molestari *d. Summ. num. 2. litt. A. & B.*

2. Continuarunt Moniales in sua quasi possessione non soluendi decimas quorumcumque fructuum, quos colligebant in dicta Tenuta, quam proprijs sumptibus, & expensis colebant, & è conuerso Archiepiscopus exigendi decimas fructuum ex conductoribus Partis dictæ Tenutæ absque vlla penitùs contradictione à d. anno 1641. vsque ad annum 1703., & sic per spatium aliorum annorum 62., de quo tempore Procurator Generalis reddituum Decimalium Diæcesis Toletanæ Iudicium instituit contra Monasterium super Manuten-

entione in quasi possessione exigendi decimas ex fructibus omnium bonorum, quæ Monasterium possidebat, & proprijs sumptibus colebat, vocatisque ad causam Priorissa, & Monialibus, fuit ex eorum parte allegata consuetudo Immemorabilis non soluendi Decimas ex fructibus bonorum suorum, quæ proprijs sumptibus colebant, & post plures instantias hincinde promotas Ordinarius Toletanus causam ad probationem admisit, concedendo vtrique Parti terminum ad probandum, in quo ex parte Monialium producti fuerunt articuli ad effectum probandi consuetudinem immemorabilem, & in termino probatorio plures Testes examinauit, de quibus in *Summario à num. 3. vsque ad numerum finalem, & etiam ex Summario additionali per totum*, ex quorum depositionibus perfecta, & vndique concludens probatio Immemorabilis resultat: ex parte autem Reuerendissimi Archiepiscopi nulla facta fuit probatio, neque per Testes, neque per scripturas, cum nihilominùs habeant penès se libros, qui singulis annis conficiuntur, in quibus sunt adnotatæ Personę, ex quibus decimas colligunt, & earum quantitatem, sed dd. probationibus non obstantibus Ordinarius concessit ex sola Iuris assistentia fauore Archiepiscopi manutentionem, & interposita ex parte Monialium appellatione ad Reuerendissimum Nuncium Hispaniarum, hic sub prætextu, quod ageretur de Decreto lato in summarijssimo possessorio moderatus fuit suam inhibitionem, à quo Decreto interposita fuit appellatio, & causa simplicitèr commissa bo. me. Foscaro, coram quo Pars Iudicium immutauit, & assumpsit discussionem in Iudicio petitorio mediante subscriptione dubij = *An, & de cuius bono Iure constet, etiam ad effectum manutentionis*, quo disputato in Rota habita die 23. Iunij 1721. fauore *Reuerendissimi Archiepiscopi prodijt resolutio* innixa in assistentia Iuris fauore Archiepiscopi, quòdque ex nostra parte non fuisset legitimè probata consuetudo Immemorabilis, vt pleniùs ex decisione exaduerso distribuenda, & præuia dicta vnica decisione decreta fuit causæ expeditio, & publicata sententia in petitorio, & decretum manutentionis: Sed interposita appellatione, & causa à Decreto manutentionis commissa per signaturam Iustitiæ, commissio præsentata fuit Reuerendissimo D. meo Cerro: Existente causa in hoc statu, Moniales habuerunt notitiam d. processus actitati ab anno 1639. vsque ad annum 1642. & transmiserunt ad vrbem copiam d. Processus extractam à Cancellaria Curiæ Archiepiscopalis ex illius Archiuio, de quo in d. *Summario num. 1.*, & subscriptis duobus dubijs = *Primum = An sententia Rotalis esset confirmanda, vel infirmanda*, & aliud = *An, & cui esset danda manutentio*, quibus propositis die 26. Iunij 1722. fauore Archiepiscopi prodierunt Decisiones, aduersus quas obtenta noua audientia, & reassumpta disputatione die 15. Ianuarij 1723. responsum fuit *in decisis iuxta modum*, & modus fuit, *quod stetur in decisis* ex-

exceptis Prædijs de Perobequez, & Vrtada, pro quibus receditur à decisis, vt pleniùs ex decisione desuper publicata, factisque instantijs post illius publicationem in Rota Memorialium ab vtraque parte pro expeditione, & respectiuè pro noua Audientia, fauore Reuerendissimi Archiepiscopi prodijt rescriptum prò expeditione, & concessa noua Audientia quoad dd. Tenutas de Perobequez, & Vrtada, & causa in possessorio, & petitorio expedita; Sed commissa causa quoad vtrumque Iudicium Reuerendissimo D. meo Ponenti quoad Tenutas de Perobequez, & Vrtada contingit in Rota hodierna disputari dubium præinsertum prò confirmatione Decisionis Reuerendissimi Cerri resoluendum, non solum ex fundamentis in dicta decisione adductis à §. *Descendendo ad finem*, sed etiam ex alijs, quæ de nouo deducuntur.

3. Quamuis enim Reuerendissimus Archiepiscopus Toletanus tamquam Parochus vniuersalis suæ Archidiœcesis dicatur habere Iuris assistentiam super decimarum exactione, nihilominus quoties fauore alicuius concurrit consuetudo præsertim immemorabilis legitimè probata, tunc cessat Iuris assistentia, & ex dicta consuetudine oritur Ius stabile pro exemptione à decimarum solutione ad Textum expressum iuncto §. *finali de præscriptionibus in 6.*, & plenè probat nostra decisio fauorabilis dicto §. *Descendendo*, & ratio est manifesta, quia consuetudo immemorabilis inducit validissimam, & inelectuabilem præsumptionem Priuilegij Apostolici, & cuiuscumque alterius tituli veri, & legitimi, & vigore illius allegari potest titulus melior, & efficacior de mundo, estque tantæ efficaciæ, vt habeatur pro veritate, æquiparetur Priuilegio, & concessioni expressæ, & tribuit omnem securitatem, prout specificè in hac materia decimarum probant *Card. de Luc. de Decimis discurs. 1. num. 9., & 10., Surd. consil. 234. num. 11., & 12., Castill. quotidianarum controuers. lib. 6. cap. 31. num. 9., & 10., Rot. coram Cels. decis. 110. n. 3., 4., & 5., & in recent. decis. 101. n. 3., & seqq., & dec. 145. n. 12., & 13. par. 11., & dec. 463. n. 17. par. 19.*

4. Hæc autem consuetudo immemorabilis quoad dd. Tenutas de Pezobequez, & Vrtada fuit probata ex parte Monialium vsque de anno 1641. vt ex processu transumptato ex Archiuio Curiæ Archiepiscopalis per Cancellarium eiusdem Curiæ in dicto officio successorem, & producto in præcedenti instantia coram Reuerendissimo meo Cerro, de quo in *Summario num. 1.* per totum; tunc enim ex parte Monialium citata Parte, & seruatis omnibus iuris solemnitatibus examinati fuerunt quamplures Testes, qui disertissimè deposuerunt de quasi possessione immemorabili in qua existebant Moniales non soluendi decimas ex omnibus fructibus quos colligebant ex dd. Tenutis de Perobequez, & Vrtada, quas proprijs expensis colebant cum fere omnes deposuerint cum requisitis præscriptis à *Gloss. in cap. 1. memoria de præscript. in 6.*, nam non solum habe-

habebant ætatem vltra 54. annos, non solum deposuerunt de visu, & certa scientia per annos 40., quod sufficeret, sed deposuerunt de visu, & certa scientia vltra annos 60., deposuerunt de auditu à maioribus, quòdque nihil vnquam dictum, visum, vel auditum fuerit in contrarium, & de publica voce, & fama, quæ sunt requisita ad constituendum perfectam, & concludentissimam immemorabilis probationem, vt ex dicta glossa communiter firmant Scribentes, & probant authoritates, & decisiones superiùs adductæ.

5. Constat enim ex dicto processu, inter alios Testes fuisse examinatum Franciscum de Burgos sæniorem ætatis annorum 79. *Summario dicto num.*1. *litt.FF.* necnon Christopharum de Auila ætatis annorum 60. *dicto num.*1. *litt.QQ.*, necnon Aloysium Gomez ætatis annorum 77. dicto *Summario num.*1.*litt.RRR.*, contra quos propterea Testes non potest opponi exceptio defectus ætatis, cum longè excedant ætatem 54. annorum in Testibus requisitam ad constituendam probationem immemorabilis.

6. Et quidem præcitati Testes non solum deposuerunt de visu, & certa scientia vltra annos 40., sed duo ex illis deposuerunt de visu vltra annos 60., nam præfatus Franciscus de Burgos senior ætatis annorum 79. dicto *num.*1. *litt.FF.* super secundo articulo ita deponit, ibi = *Al secondo interrogatorio disse questo Testimonio, che sà, che il detto Conuento da più di 60. anni in quà, e da tempo immemorabile stà in quieto, e pacifico possesso di non pagare decima alcuna delli frutti di Grano, Biada, ed altre sementi, che hanno seminato, e seminano nelle Terre, e Prati di Perobequez, e Vrtada, e delli frutti, che questi hanno raccolto sono stati, e sono franchi d'ogni decima, e giamai l'hanno pagata* = *dicto Summario num.*1. *litt.GG.*, & inferiùs subiungit, ibi = *E nel detto quasi possesso è stato, e stà senza alcuna opposizione delli frutti, che à sue spese ha sementato &c., e lo sà questo Testimonio per auerlo veduto nel suo tempo pratticare così, come Affittuario, che è stato, ed è di continuo in dette Terre, e se il detto Conuento auesse pagato le dette decime, questo Testimonio ne aurebbe auuta notizia, e non può esser di meno,* = *d.n.*1.*litt.KK.*

7. De tempore vltra annos 40. deposuit alter Testis nuncupatus dictus Christopharus de Auila ætatis annorum 60. *dicto n.*1.*litt.QQ.*; hic pariter super secundo articulo deposuit, ibi = *Al secondo interrogatorio disse, che da più di 40. anni in quà, & hà sentito dire, che da tempo immemorabile sta in quieto, e pacifico possesso di non pagare decima alcuna delli frutti di Pane, Grano, e Biada, ed altre semenze, che il detto Conuento hà seminato nelli Territorij di Perobequez, ed Vrtada, e li frutti, che in esso ha raccolto, sà questo Testimonio, che sono stati liberi, ed esenti di ogni decima, e mai l'hanno pagata* = *dicto n.*1. *litt.RR.*, & inferiùs, ibi = *E nel detto possesso hà veduto che è stato il detto Conuento da più di 40. anni in qua senza contradizione veruna il che sà questo Testimonio, come Lauoratore, che è stato in dette Terre,*

 e sù

e fù anche Francesco di Auila suo Padre per più di 50. anni in quà, e per auer gran prattica di tutto, e se il detto Conuento auesse pagate le dette decime questo Testimonio lo saprebbe, e non potrebbe essere di meno, per la gran notizia, che ha di tutto = *dicto num.* 1. *litt.* SS. *in corpore.*

8. Et de tempore vltra annos 60. de visu, & certa scientia deposuit alter Testis Aloysius Gomez ætatis annorum 77. *d. n.* 1. *litt.* RRR., hic pariter super secundo articulo ita deposuit, ibi = *Al secondo interrogatorio disse, che come hà deposto, e detto auanti di me il presente Scriuano, sà che il detto Conuento di San Domenico il Real di Toledo da più di 60. anni in quà, che hà, e tiene notizia della cultura, che hà in questi Territorij di Perobequez, ed Vrtada, e per auer vissuto in essi più di 30. anni, ed auer seminato altri 18. anni continui in certe Terre, che prese in affitto da detto Conuento, sà che stà in quieto, e pacifico possesso di non pagare decima alcuna delli frutti di Grano, e Biada, che hà raccolto in detti Territorij, ed altre semenze* = *d. n.* 1. *litt.* SSS., & inferius, ibi = *Et in detto possesso sà che è stato detto Conuento di non pagare decima alcuna delli frutti di Grano, Biade, Segola, & altre cose, che abia raccolto, e fatto in questi Territorij, e se l'auesse pagato questo Testimonio lo saprebbe, e non potrebbe esser di meno, per il tratto, che ha auuto colli Mastri, che sono stati per più di 50. anni in quà nel detto lauoro per conto del detto Conuento.*

9. Et de auditu à maioribus, quodque nihil dictum visum, vel auditum fuerit in contrarium deposuerunt omnes Testes anno 1641. examinati: *nam primus Testis annorum* 60., *& vltra* nuncupatus Petrus Gomez *dicto num.* 1. *lit.* Q., qui licèt deposuerit de visu, & certa scientia de annis 30. dumtaxat, nihilominus de auditu de Immemorabili, & de auditu à maioribus, quodque nihil vnquam dictum, factum, vel auditum fuerit in contrarium, & de publica voce, & fama, vt *ex dicto Summ. num.* 1. *litt.* V. *& seqq.*, ibi = *Ed in detto quasi possesso è stato sempre senza alcuna contradizione, il che lo sa esso Testimonio, che così si è pratticato nelli detti 30. anni, ed hà inteso dire, che si era osseruato da più di 40. anni, e da tempo immemorabile, senza auer sentito cosa in contrario, e se vi fusse stata cosa in contrario questo Testimonio lo saprebbe, e non potrebbe essere di meno, come Persona, che continuamente ha trattato dalli detti 30. anni in quà con l'Affittuarij, che hanno tenuto in affitto le dette Terre, e per auerlo inteso dire da' suoi Maggiori, e li detti suoi Maggiori erano Persone d' intiera fede, e credito, e tale è publico, e notorio, e publica voce, e fama, e questo risponde* = & de publica voce, & fama, & communi opinione iterum deposuit super quinto articulo *dicto num.* 1. *litt.* EE. ibi = *Al quinto Interrogatorio disse, che quello, che ha detto è publico, e notorio, publica voce, e fama, ed è la verità &c.*

10. Et de iisdem requisitis deposuit tertius Testis Franciscus de Burgos senior ætatis annorum 79., qui postquam deposuerit de visu, & certa

certa ſcientia vltra annos 60. ſubiunxit, vt in *dicto Summ. num.* 1. *litt.KK.* ibi = *E ſe il detto Conuento aueſſe pagato le dette decime queſto Teſtimonio ne aurebbe notizia, e non potrebbe eſſer di meno, e queſto l' hà inteſo dire da Gio: de Burgos Padre di eſſo Teſtimonio, che morſe di anni ottanta, ed Antonio Gomez, ed Alfonſo Diez il Vecchio, ed altri Lauoranti nella detta coltura, li quali erano Perſone di integra fede, e credito, e queſto è publico, e notorio, e publica voce, e fama* = & de publica voce, & fama iterum dictus Teſtis depoſuit ſuper quinto articulo *d. num.* 1. *litt. PP.* ibi = *Al* 5. *Interrogatorio diſſe, che quello, che hà detto è ſtato, ed è publico, e notorio, e publica voce, e fama, e commune opinione* = & cum iiſdem requiſitis depoſuit Chriſtopharus de Auila ætatis annorum 60. qui poſtquam depoſuerat de viſu, & certa ſcientia vltra annos 40. *dicto num.* 1. *lit.QQ. & RR.* ita ſubiunxit *litt.TT.* ibi = *E ſe il detto Conuento aueſſe pagato le dette Decime queſto Teſtimonio lo ſaprebbe, e non potrebbe eſſere di meno per la gran notizia, che hà di tutto, ed auerlo ſentito dire da Antonio Gomez, e Giouanni de Burgos il Vecchio Lauoratori, che furono di dette Terre, e da molti altri tutti d' intiera fede, e credito, li quali lo ſentirono dire da' loro Maggiori, ſenza che ne l' uni, ne l' altri abbiano ſentito dire coſa in contrario*; & de publica voce, & fama, & communi opinione dictus Teſtis depoſuit ſuper quinto articulo *d. num.* 1. *litt. CCC.* ibi = *Al* 5. *Interrogatorio diſſe detto Teſtimonio, che quello eſſo ha depoſto è ſtato, ed è publico, e notorio, e publica voce, e fama, ed è commune opinione, ed è la verità per il giuramento, che tiene preſtato, e lo ſottoſcriſſe &c.* & de iiſdem requiſitis depoſuit Michael Sanchez Hidulgo *litt. MMM. & ſeqq.* ibi = *E la detta conſuetudine ſi è oſſeruata ſenza contradizione alcuna, e ſe in queſto tempo l' aurebbe pagato, lo ſaprebbe, e non potrebbe eſſer di meno &c. e perche ha particolar notizia di quanto ha depoſto, e per auerlo ſentito dire à ſuo Padre queſto Teſtimonio, ed à Franceſco de Burgos, ed altri molti d' intiera fede, e credito, quali lo ſentirono dire a' loro Maggiori, ſenza che ne l' vni, ne l' altri vedeſſero, ne ſentiſſero dire coſa in contrario, e queſto è publico, e notorio, e publica voce, e fama* = & ſuper eadem publica voce, & fama depoſuit idem Teſtis ſuper quinto articulo ibi = *Al quinto, & vltimo Interrogatorio diſſe, che quanto ha depoſto è publico, e notorio, e pubblica voce, e fama, e commune opinione, & è verità col giuramento, che ha preſtato, e lo ſottoſcriſſe.*

11. Ex depoſitionibus itaque Teſtium coram Ordinario examinatorum anno 1641. videtur plenè probata conſuetudo Immemorabilis, in qua vſque tunc Moniales exiſtebant non ſoluendi Decimas ex omnibus fructibus, quos colligebant in dicta Tenuta di Perobequez, & Vrtada, quæ quidem quaſi poſſeſſio Immemorabilis vſque tunc probata induxit præſumptionem Iuris,& de Iure, ſpecifici Priuilegij Apoſtolici cum omnibus neceſſariis derogationibus, & præ-

bet

bet Monialibus firmissimum præsidium allegandi meliorem, & efficaciorem titulum de mundo, vt supra probatum fuit.

12. Quin vrgeant exceptiones in præcedentibus propositionibus exaduerso propositæ, scilicèt, quòd sumpto d. processus nulla venit præstanda fides tamquam transumptato lite pendente, sine compulsorialibus huius Supremi Auditorij, & sine Partis citatione. Quoniàm cum ad instantiam Principalium facta fuerit instantia pro copia d. Processus, qui conseruabatur a Cancellario Archiepiscopali Toletano eidem Vicario, & Iudici Causarum Decimalium Ciuitatis Toletanæ, qui suum Decretum interposuit, vt fierent diligentiæ in Cancellaria pro processu, eoque reperto extraderetur Principalibus copia authentica à Cancellario, & Notario eiusdem Curiæ citato Agente Generali reddituum Decimalium, vt ex *Summario num.1. litt.B.*, & reperto per Notarium, & Cancellarium Causarum Decimalium Curiæ Archiepiscopalis d. Processu, ad formam dicti decreti extradidit Principalibus copiam publicam d. Processus citato d. Agente Generali *dicto Summ. num.1. litt.C. & num.2. in fine*, vtique dictus Processus tamquam exemplatus à Processu originali, qui conseruatur in Archiuio Curiæ Archiepiscopalis a Notario, & Cancellario eiusdem Curiæ Successore in officio illius Notarij, qui de d. Processu rogatus fuerat, vtique dicta copia tamquam exemplata à successore in Officio Cancellariæ Archiepiscopali non obstante quod facta fuerit sine litteris compulsorialibus huius Supremi Auditorij, & exemplata fuisset lite pendente, & sine Partis citatione, plenam constituit probationem, vt probant *Bartolus in lege si quis ex argentarijs* §.1. *num.3. ff. de edendo, Rota decis.332. num.4. par.3.*, *& in Meleuitana habitus* 11. *Decembris* 1719. §. *Nullaque coram bo: mem. Foscaro, & in Leodien. Decimarum super bono Iure* 16. *Iunij* 1721. §. *Probè coram Reuerendissimo Seguntino*, multòque magis præmissa procedunt in casu nostro, quo Processus Originalis conseruatur in Archiuio Curiæ Episcopalis, copia authentica facta fuit mediante Decreto eiusdem Iudicis Causarum Decimalium, & citata Parte, vt supra fuit probatum.

13. Cæterùm cessat in præsenti omnis difficultas, quia ex parte Aduersariorum coram Reuerendissimo Cerro expeditæ fuerunt literæ compulsoriales generales, quarum vigore assumpto Iudice ad hoitum Partis, petierunt coram eo, ut dictus Cancellarius, & Notarius causarum decimalium extraderet Aduersarijs integram dicti Processus copiam absque ulla penitus diminutione, ut ex hodierno secundo *Summ. additionali num.1. litt.B. & C.* & licèt Pars aduersa integram copiam d. Processus compulsauerit, illam in hoc Sacro Auditorio postmodum non produxit, ex quo ex illa agnouit non solum veritatem, & existentiam dd. probationum, sed ex allegationibus factis anno 1641. ex parte Agentis Generalis reddituum decimalium plene constabat quod tunc temporis non contro-

tro-

troüertebatur exemptio Monialium quoad omnes species fructuum, quos ex dictis tenutis colligere consueuerunt, sed solùm prætendebatur, quòd Monasterium soluere tenebatur decimam Agnorum, Casei, & lactis, tamquàm fructus non consueti colligi in dictis Tenutis per Moniales, ex quo nunquam Greges proprias in dictis Tenutis depascere fecissent, quòdque Moniales non erant in quasi possessione non soluendi decimam ex lana Agnum, & Caseo, & proinde cum ex compulsatione dicti Processus, & allegationibus tunc factis ex parte Aduersariorum, magis Monialium exemptio, & consuetudo Immemorabilis confirmata remanebat, Pars aduersa dictum processum integrè compulsatum in actis non produxit tamquam ipsi in omnibus contrarium.

14. Minus obicem præbere potest alia exceptio, quòd scilicèt probationes factæ anno 1641. tamquàm factæ in Iudicio possessorio suffragari non possunt in hodierno Iudicio, quod in petitorio in hoc supremo Tribunali de præsenti ventilatur, quia facilis est responsio; tunc enim probationes factæ in Iudicio possessorio non probant in Iudicio petitorio, quoties in Iudicio possessorio facta fuerit Summaria informatio, & sine Partis citatione, in quibus terminis procedunt authoritates ex aduerso allegari consuetæ, secùs verò quotiès in Iudicio possessorio Iudex Partibus concessit terminum ad probandũ in termino fuerunt citata Parte producti articuli, & citata Parte Testes formiter examinati, tunc enim juxta communem omnium Doctorum, & huius Supremi Tribunalis Sententiam Testes formiter, & non Summariè examinati in Iudicio possessorio, plenam constituunt probationem in Iudicio petitorio, ut plenè distinguit nostra favorabilis Decisio §. *Quin refricari valeat*.

15. Minùs solida videtur alia exceptio, super qua pariter in præcedentibus propositionibus coram Reuerendissimo Cerro insistebat Pars aduersa, quòd scilicèt cum anno 1642. concessa fuerit Monialibus manutentio in quasi possessione non soluendi decimam ex Caseo, lana, Agnis, & lacte, ut ex *Summ. num.* 2., & sic de manutentione restricta ad certam speciem fructuum, quamùis Testes deposuerint de exemptione generali omnium fructum, quos Moniales ex dictis Tenutis colligebant, quod nihilominus attendi debet id, quod Iudex decreuit, non autèm id, quod Testes deposuerint, quià Iudex concedendo manutentionem restrictam ad certam speciem fructuum censetur illam quoad alias species denegasse: Quoniam hæc pariter exceptio omni fundamento est destituta, & tunc posset procedere, quoties Moniales Iudicium instituissent super generali exemptione non soluendi decimam in omnibus fructibus quos colligebant in dd. Tenutis, quòdque factis probationibus Iudex concessisset manutentionem limitatam ad certam fructuũ speciem, hoc enìm casu rectè procedere posset argumentum Partis aduersæ, & in

in his terminis procedere possunt authoritates exaduerso allegatæ, secus in casu nostro, in quo Agens, & Procurator Generalis redditunm decimalium Archiepiscopatus Toletani Iudicium contra Moniales instituit non generale super solutione decimarum omnium fructuum, quos colligebant in dd. Tenimentis de Perobequez, & Vrtada, sed instituit Iudicium super manutentione Archiepiscopi in quasi possessione restricta, & limitata ad decimam Agnorum, Casei, lanæ, quos percipiebant ex Gregibus propriis Monialium, quas depascere faciebant in dd. Tenutis de Perobequez, & Vrtada, ut ex *Summ. num. 1. litt. F.*; vocatisque ad causam Monialibus, ex parte illarum fuit allegatum, quòd quemadmodùm erant exemptæ a solutione decimarum ex omni specie fructuum, quos colligebant in d. Tenuta, ita etiam exemptæ esse deberent à solutione decimarum quoad fetus animalium, & quoad lanam, & lactem, & fructus, quos colligebant ex Gregibus ouium, quæ erant propriæ, easque depascere faciebant in propriis Tenutis de Perobequez, & Vrtada, proùt illas non soluebant ex aliis Gregibus, quas depascere faciebant in aliis suis Tenutis *dicto Summ. num. 1, litt. G.*, & Iudex admisit causam ad probationem, & concessit terminum utrique Parti communem ad probandum *dicto num. 1. litt. H.*; quò circa exparte monialium producti fuerunt articuli, quibus articulata fuit Immemorabilis non soluendi decimam ex quacumque specie fructuum, quos moniales in dicta Tenuta colligebant *Summ. dicto num. 1, litt. I, & sequen.*, & citata Parte fuerunt examinati Testes, qui deposuerunt de quasi possessione Immemorabili non soluendi decimam ex frumento, hordeo, & sicala, quæ colligebant in dd. Tenutis ut ex depositionibus Testium superiùs transcriptis, qui deposuerunt etiam, quòd quatuor annis ante eorum examen Moniales in dd. Tenutis proprias Greges introduxerant, ut ex *dicto Summ. num. 1, litt. DD. & LL. §. Al terzo Interrogatorio*; Testes enìm fuerunt examinati anno 1641, *dicto num. 1, litt. Q.*, Iudicium fuit inceptum anno 1639, *Summ. num. 1, litt. D. §. In esecutione*, ita ut Moniales Greges ouium emerant, & in dd. Tenutis ad pascendum introduxerant anno 1638., ut calculanti patet, & per consequens cum statìm post introductùs Greges fuerit Iudicium introductum, utique Moniales non habebant quasi possessionem temporis considerabilis, qualis requiritur ad effectum obtinendi manutentionem in quasi possessione non soluendi decimam contra habentem Iuris assistentiam, ut probant *Posth. de manutenen. observ. 24. num. 22.* & nihilominùs Ordinarius concessit fauore Monialium d. anno 1641. *Summ. num. 2, litt. A.*; quò circa si Ordinarius contra se ipsum concessit manutentionem fauore Monialium, quæ fundari non poterat in quasi possessione temporis considerabilis, quo non erant communitæ Moniales, utique dicendum est manutentionem in quasi possessione non soluendi decimas ex Gregibus, quas depascere faciebant

bant in dd. Tenutis fuisse non alia ratione concessam, quàm ex eo, quòd Moniales erant in quasi possessione non soluendi decimas ex aliis speciebus fructuum, quos in dd. Tenutis colligebant, nàm existenti in quasi possessione non soluendi decimam ex certa specie fructuum in certo Prædio colligi consuetorum tunc si in eodem Prædio aliæ species fructuum colligantur debetur etiam manutentio in quasi possessione non soluendi decimam ex nouis fructibus qui colliguntur ut plenè probat *Posth. de manutenen. obseru.* 73. *num.* 156. *& num.* 157.

16. Et ratio est quià licèt consuetudo, & quasi possessio non soluendi decimam extendi de Iure non possit de vno Prædio ad aliud, nihilominùs illa de Iure patitur extensionem de vna specie fructuum ad aliam speciem, nàm si ex vno Prædio colligi non consueuit nisi frumentum, ex quo nunquàm soluta fuit decima, si tamen postmodum in dicto Prædio ampliùs frumentum non seratur, sed plantati fuerunt Arbores Oliuarum, seu aliorum fructuum, tunc illa consuetudo, illa possessio non soluendi decimam frumenti suffragatur, & extenditur ad non soluendum decimas ex alboribus Oliuarum nouiter plantatis, quia decima vnius fructus subrogatur in locum fructuum antiquorum, vt per *Tex. express. in cap. cum in tua de decimis*, & probant ibi omnes Canonistæ præsertim *Abbas Panormitanus*, & alij allegati in nostra fauorabili *decis. §. Tali autem modo*, in qua indiuidualissimæ decisiones allegantur: id circò ex eo, quòd Ordinarius anno 1641, concessit Monialibus manutentionem in quasi possessione non soluendi decimam Agnorum, Casei, & Lanæ, non benè infertur, quòd censeatur quoad alios fructus denegasse, immò potiùs argumentum retorquetur, cùm Monialibus tunc in tantùm concessà fuit manutentio in quasi possessione exemptionis in dicta specie fructuum, in quantùm Moniales erant in quasi possessione non soluendi ex alijs speciebus fructuum, tùm quià Iudicium ab Archiepiscopo tunc temporis introductum erat restrictum, & limitatum ad dictam speciem decimarum, vt ex libello litis initiatiuo dicti R̃mi Archiepiscopi *Summar. num. 1. litt. F.* cum exemptio ex alijs fructuum speciebus non controuertebatur, vt Iudex debet decretum interponere iuxta formam libelli litis initiatiui, cùm decretum Iudicis debeat esse vniforme, primo libello, alias esset de Iure nullum, & inualidum ex vulgatis principijs, & proindè si prætensio Archiepiscopi in dicto primo libello deducta, erat restricta, & limitata ad Decimas *Agnorum*, *Casei*, *Lactis*, *& Lanæ*, restrictum quoque, & limitatum ad dictam speciem debebat Iudex suum decretum interponere; Aliàs enim sequeretur absurdum, quòd Ordinarius expresse concedere voluisset Monialibus manutentionem non soluendi decimam ex dicta specie fructuum, pro qua Moniales quasi possessionem tunc non probauerant,

rant, & tacitè denegare voluisset manutentio ex alijs speciebus fructuum, pro quibus Moniales consuetudinem Immemorabilem probauerant; sed cessat omnis difficultas, quia cum Ministri Decimarum tunc ex probationibus factis agnouissent Moniales esse in quasi possessione generali non soluendi Decimas ex omnibus fructibus, quos colligebant in dd. Tenutis, non solam illas quoad alias species fructuum non contentorum in dicto Decreto non molestarunt, sed passi sunt illas in d. generali quasi possessione non soluendi Decimas ex omnibus fructibus, qui colligebantur ex dd. Tenutis continuare à dicto Anno 1641., quo probata fuit dicta generalis exemptio vsque ad Annum 1702., quo hoc nouum Iudicium intentarunt, vt ex *Summario à num. 3. ad finem, & Summario Additionali per totum*, & sic per spatium aliorum Annorum 60. quæ successiua obseruantia cum certa, & irrefragabili scientia Archiepiscopi magis comprobat præcitati decreti intelligentiam, vt probat nostra fauorabilis decisio §. *Nec obstare*.

17. Cœterùm Reuerendissimi PP. quoad istam Tenutam de Perobequez, & Vrtada quatenùs etiam fundata esset Partis prætensio, quòd probatio consuetudinis Immemorabilis esset in aliquo defectuosa, adhùc tamen bonum Ius Principalium esset irrefragabilis, quia ex Testibus examinatis anno 1641., & Testibus examinatis Anno 1702. resultat specifica probatio de visu per annos 120. & vltra, nam Testes examinati Anno 1642. deposuerunt de visu, & certa scientia per annos 60., quòd Moniales non soluerunt Decimas ex fructibus, quos colligebant ex præcitatis Tenutis de Perobequez, & Vrtada, & de auditu à Maioribus, quod nunquam Decimam persoluerint, vt ex *Summario num. 1. litt.* KK., cuius Testis depositionem supra transcripsi §. *Et quidem præcitati* T*estes, & litt.* KK., & *GG.*, vbi datur depositio alterius Testis nuncupati Francisci de Burgos ætatis annorum 79., qui ita deposuit ibi == *Disse questo Testimonio, che sà, che detto Conuento da più di 60. anni in qu[illegible], e da tempo Immemorabile stà in quieto, e pacifico possesso di non pagare Decima alcuna delli frutti di Grano, Biada, & altre semenze, che hanno sementato, e seminnao nelle Terre, e Prati di Perobequez, & Vrtada, e delli frutti, che quest'hanno raccolto sono stati, e sono franchi da ogni decima, e mai l'hanno pagato* == ex quibus patet, quòd duo ex Testibus examinatis Anno 1641. deposuerunt de visu, & certa scientia vltra annos 60. à dicto autem anno 1641. vsque ad annum 1702., quo fuerunt examinati alij Testes in hoc iudicio, de quibus in *Summario num.* 3. elapsi sunt alij anni 61., qui quidem Testes examinati anno 1702. pariter deposuerunt de visu, & certa scientia vltra annos 60., quòd Moniales nunquàm Decimas persoluerunt, & de auditu à Maioribus, & de publica voce, & fama, quòdque nunquàm dictum, vel visum fuerit in contrarium, vt ex

Sum-

Summario num 3., in quo est descripta depositio Stephani Guttierez ætatis annorum 75.*dicto num.3.litt.A.*, qui *litt.B.* deposuit per hæç formalia verba ibi == *dixit, che quello, che sà, e puo dire, è che il detto Regio Monasterio di Monache di San Domenico della Città di Toledo stà in possesso quieto, e pacifico senza contradizione di persona alcuna da 5. 10. 20. 30. 40. 50., e 60. Anni fino all'Anno passato 1702., in cui si principiò questa lite, che sono quelli del suo ricordo, e da molto tempo più antico, che memoria d'Vomini non vi è in contrario per hauerlo sentito dire da suoi Maggiori, e più Vecchi di non pagare Decime delli frutti, che hà raccolto nelle possessioni, che sono sue proprie, che hà coltiuato, e fatto lauorare, e coltiuare à sue spese, e dalli suoi Serui salariati, ed Operarij &c.* idemque de visu,& certa scientia deposuerunt cœteri Testes vltra annos 40., & de constanti auditu à suis Maioribus, quòdque nihil vnquam visum, auditum, vel dictum fuit in contrarium, vt ex *dicto Summario num.3. per totum*; Quocirca cum circa Tenutas de Perobequez, & Vrtada probata remaneat quasi possessio non soluendi Decimas per centum, & vltra annos continuos, vtique etiamsi considerari posset aliquis defectus circa deficientiam alicuius ex requisitis necessarijs ad constituendum perfectam probationem Immemorabilis, adhuc quoad has Tenutas de Perobequez, & Vrtada probata sit quasi possessio longè vltra centum annos, vtique hæc quasi possessio centenaria præbet Principalibus facultatem allegandi meliorem, & potentiorem titulum, qui potest excogitari, *Rota coram Buratt. decis.*875. *num.*1., *& sequen.*, *& dec.* 218. *num.*22. *part.* 7. cum alijs allegatis in *Florentina Canonicatus* 8. *Maij* 1705. *§. Etenim*, *&* 12. *Martij* 1706. §. *Sicut enim coram Reuerendissimo Lancetta Decano*; Hæc autem præsumptio tituli validi, & legitimi, & melioris de mundo, quæ insurgit ex quasi possessione centenaria, est adeò efficax, vt dicatur præsumptio Iuris, & de Iure, quæ non admittit probationem in contrarium, R.P.D. Seuerolus in voto pro Capitulo Carthusiæ impresso apud D. meum Pitonium in suis *disceptat. Ecclesiasticis tom.* 2. *in fine num.* 8., & plenè probat idem *Piton.de controuers.Patron. allegat.*59.*num.*46., *Rot. decis.*29. *num.*52., *&* 53. *part.* 7., *Rota in Salisburgen. Vicariæ super bono Iure* 31. *Ianuarij* 1714. §.*Neque Centenariæ coram Illustrissimo D.meo Ponente* ibi == *Quoniam centenaria non allegatur in ratione præscriptionis, sed in ratione possibilitatis allegandi &c. quemcumque titulum meliorem, in quo casu adeo impentius agit, vt dicatur præsumptio Iuris, & de Iure, quæ non admittit probationem in contrarium* == Quemadmodùm enim præsumptio melioris, & efficacioris tituli de Mundo, quę insurgit ex quasi possessione immemorabili dicitur Iuris, & de Iure non admittens probationem in contrarium, vt vltra superiùs allegatos, benè probat Dominus meus Pitonius de *controuersijs Patronorum allegat.* 59. *num.* 47., *& seqq.*, ita & multo

multo magis dictum effectum operatur quasi possessio centenaria, quæ de Iure est maioris potentiæ, & efficaciæ, quam ipsa consuetudo Immemorabilis, vt prosequitur *Piton, dicta disceptat. 59. num. 49.*, & dixit *Rot. in Nullius, seù Caputaquen. Iurisdictionis super bono Iure 21. Februarij* 1710. §. *Augetur coram Illustrissimo D. meo Vrbis Gubernatore*, ibi == *Centenaria non quidem considerata ad effectum præscribendi, sed pro ratione allegandi titulum præsumptum, non solum æquipollet Immemorabili; verum etiam maior, maiorisque virtutis est reputanda.*

18. Nec prætendi potest, quòd Immemorabilis, seù centenaria interrupta remanserit ex dicta lite agitata ab anno 1639. ad annum 1641., de qua in nostro *Summ. principali num. 1.*; quoniam cum tunc dicta Causa decisa remanserit ad fauorem nostri Monasterij mediante Manutentione fauore eiusdem Decreta ab ipsomet Ordinario, qui partes Aduersarij substinet, vtique dicta quasi possessio Immemorabilis, seù centenaria non solum interrupta non fuit, sed magis confirmata remansit iuxta Doctrinam *Fellini in cap. illud num. 17. vers. Decimaquarta conclusio de præscript.* quam hoc *Supremum Auditorium inconcussè approbauit*, vt testatur *Adden. ad Gregor. decis. 467. num. 15.*, & probant *Card. de Luc. de Decimis disc. 6. num. 23.*, *Rot. coram Seraf. decis. 1027. num. 14*, *Buratt. ibique Adden. decis. 172. num. 16. & decis. 436. num. 7.*, *Rot. coram Bich. decis. 361. num. 23.*, *Gregor. d. dec. 467. num. 1.*; præsertim cum à Decreto Manutentionis Anno 1641. publicato ad fauorem Monasterij ab Ordinario Iudice Causarum Decimalium Diœcesis Toletanæ nulla fuisset interposita ab qua appellatio, quo casu eo magis confirmatus remanet cursus centenariæ possessionis, & interruptus non remansit cursus præscriptionis, vt prosequitur *Adden. ad Gregorium d. decis. 467. num. 15.*

19. Agnoscens Pars aduersa esse ineuitabilem exemptionem nostri Monasterij quoad præcitatas Tenutas de Perobequez, & Vrtada inducta siue ex consuetudine Immemorabili, & quasi possessione centenaria plenè ex actis iustificata produxit in actis Processum Compulsorialem factum vigore litterarum Compulsorialium generalium expeditarum coram Reuerendissimo Cerro, quarum vigore adegit Priorissam, & Moniales Archiuistas nostri Monasterij ad effectum exhibendi Agenti generali Archiepiscopi, & redituum Decimalium omnes Scripturas, priuilegia, Instrumenta, quæ habebant in Archiuio, & concernebant Tenutas, seù Tenimenta de Perobequez, & Vrtada, vt ex secundo *Summario Additionali num. 1. litt. E. & seq. & litt. I.*, & Priorissa, & Moniales Archiuistæ metu comminatæ excommunicationis ipso facto exhibuerunt, & tradiderunt omnes Scripturas, Priuilegia, & Instrumenta, quæ concernebant Tenutam de Perobequez, & Vrtada *d. Summ. n. 1. lit. Q. & litt. S.*, inter quas Scripturas dictus Agens Generalis reperiit li-

cen-

centiam ab Archiepiscopo, & Capitulo Toletano concessam PP. Domenicanis, vt in Ciuitate Toletana, & in Domibus Agnetis Garziæ construere, & ædificare possent Monasterium Monialium clausarum Ordinis S. Dominici ad Instantiam, & supplicationem Serenissimi Don Petri Regis, quæ licentia concessa fuit Era 1402. quæ correspondet Epocæ Christianæ siue anno à Christi Natiuitate 1364. cum inter vnam, & alteram Epocam intercedat 38. annorum differentia, & probat *Card. de Aguirre sæpe sæpius in tom.2. Conciliorum præsertim fol.518. in principio*, quod satis notum est.

20. In dicta enim licentia concessa ad supplicationem Regis D. Petri pro constructione Monasterij nostri apposita fuerunt plures conditiones, inter quas, *quod Moniales soluere deberent Decimas* Ecclesiasticas ex fructibus omnium possessionum, quæ erant Decimabiles; Quòdque impetrare non possent à Sede Apostolica exemptionem à Decimarum solutione, & si illa motu proprio concederetur, illa vti non possent, vt ex *dicto secundo Summ. Additionali num.1. litt.II. & KK., exceptis tamen illis possessionibus specificandis post clausuram Monialium in dicto Monasterio, quæ tamen possessiones ascendere deberent ad valorem 25. m. merapetinorum monetæ tunc currentis*, quæ deberent æstimari de consensu ipsorum, vel illorum, quibus hanc facultatem concessissent, quas possessiones voluerunt esse exemptas à solutione Decimarum Ecclesiasticarum *dicto Summ. num.1. litt.LL. MM. & NN., & magis specificè eod. n.1. litt.TT.* ex qua quidem licentia per Archiepiscopum, & Capitulum concessa in limine fundationis dicti Monasterij Pars aduersa excludere forsan prætendit illam validi tituli præsumptionem, quæ resultat ex Immemorabili quasi possessione, seù ex quasi possessione centenaria, sub prætextu, quòd Episcopi non possunt concedere exemptionem à solutione Decimarum sine licentia Sedis Apostolicæ, & proinde cum de præsenti constet de inualiditate tituli, quo Moniales fuerunt exemptæ à solutione Decimarum, cessat præsumptio tituli melioris, & validi insurgentis ex Immemorabili, & Centenaria.

21. Fortiùs quia ad effectum, vt consuetudo Immemorabilis inducere possit tituli validi præsumptionem, semper est necessaria bona fides, quæ videtur in præsenti cessare, eò ipso, quòd dictus titulus repertus fuit in Archiuio Conuentus Monialium.

22. Sed dicta argumenta nullius sunt efficaciæ, & pluribus responsionibus repelluntur, quarum prima est, quòd ad effectum, vt productio tituli nulli, & inualidi tollat illam præsumptionem, quæ resultat ex centenaria, seu Immemorabili quasi possessione, opportet, vt sit productus, & quidem limitatiuè, & restrictiuè ad dictum titulum ab eadem parte, quæ fundatur in consuetudine Immemorabili, seù centenaria, aliàs Possessori nullatenus nocet, vt in puncto probant *Pitonius de controu. Patron. alleg.59. num.14., Rot. coram Benin-*

nincasa decis.352. num.17. & 18. & in rec. decis. 29. num.50. & seqq. par.7. & alibi .

23. Nec replicari valet, quòd copia eiusdem tituli fuit ex nostra parte producta in Signatura Iustitiæ de Anno 1722. antequam ex aduerso compulsaretur, nam ad effectum , vt productio tituli facta ab eo, qui se fundat in Immemorabili quasi possessione noceat producenti necesse est , vt concurrant plura requisita , de quibus plenè apud *Piton. discept.23. num.26. & controu. Patron. d. alleg.59. à num.13. ad* 21., & specificè quod productio facta sit restrictiue ad illum titulum, adeoùt nisi de tali restrictione constet, productio tituli inualidi non impedit quominus allegari possit alius melior , & efficacior titulus ex centenaria resultans , vt probat *Piton. ibidem num.16. Card. de Luc. de Iurepatr. discurs.65 .num.4. & discurs.57. num.31. & b. m. Ansald. in annotat. ad decis.38. num.17.*, & proinde aduertit *D. Pitonius tam in d. discept.59. num.21. quam in discept. Ecclesiastica la 23. num.26.* , *& Card. de Luc. de Iurepatr. discurs. 57. sub num.31. & discurs.65. num.4.* rarum esse casum in praxi, quòd dentur huiusmodi productiones præiudiciales virtuti centenariæ , præsertim quia non fuit ex nostra parte productum in hoc Supremo Auditorio , sed ex parte Aduersariorum . Secunda responsio est, quòd scilicet quotiescumque titulus,qui prætenditur inualidus concessus fuit ante centum annos tunc non tollit præsumptionem tituli melioris , qui oritur ex posteriori quasi possessione centenaria, vel Immemorabili ex doctrina Innocentij *in cap. veniens de verb. signific.* probat *Ioseph de Rosa consult. 17. num.48. Adden. ad Gregor. decis.51. num.7., de Luc. de regalib. disc.47. num.8. & 9. Rot. decis.218. num.21. par.6. & decis.29. num.52. & 55. par.7. & decis.193. num.18. par.18., Rota in Verulana Abbatiæ 23. Aprilis 1706. §. Verum quatenus , & §. finali confirmata die 20. Iunii 1707. §. Et sanè coram Reuerendissimo Decano .*

24. Tertiò dicimus, quòd exaduerso gratis supponi videtur dicti Tituli inualiditas , nam quicquid sit an Episcopus solus sine causa possit aliquem eximere à solutione Decimarum , indubitatum tamen est , quòd quoties Regularibus concessa fuerit ab Episcopo exemptio cum consensu sui Capituli , tunc dicta exemptio non solum seruari debet ab ipso Episcopo , qui exemptionem concessit, sed etiam à Successoribus , illaque de Iure valida est *ad textum express. in cap. quia circa de priuilegiis iuncta gloss. in verbo iuxta Canonicas sanctiones* , & firmant ibi omnes Canonistæ præsertim *Abbas Panormitanus num.2.*, ibi = *Nota primo ex textu Episcopum posse Decimas Episcopales sibi debitas remittere , & si concessio est canonicè facta , puta interueniente consensu Capituli, extenditur etiam ad Successorem , vt hic* = & probant omnes Canonistæ quos refert, & sequitur *Barbos. super dicto capitulo numer. 3.*: præsertim quia facta fuit expressa causa scilicèt

pro-

pro augumento Cultus Diuini, & pro honore Ciuitatis Toletanæ *dicto 2. Summario Additionali Num. primo litt. H.H.*, & etiam cum pacto expresso, quod Moniales impetrare non possent à Sede Apostolica exemptionem à Decimarum solutione, & si à Sede Apostolica illorum motu proprio obtinerent non possent ea vti, vt *dicto Num. primo litt. II., & litt. KK.*, si itaque Archiepiscopus de consensu sui Capituli in limine fundationis nostri Conuentus concessit limitatam Decimarum exemptionem ex causa augumenti Cultus Diuini, & pro honore Ciuitatis Toletanæ, adhoc vt in ea adesset Monasterium Monialium Clausarum, & ad Regis supplicationem, & quidem cum pacto expresso, quòd non possent Sedi Apostolicæ supplicare pro priuilegio exemptionis, immò quòd vti non posset illa, etiamsi illis concessum fuerit motu proprio à Sede Apostolica, vtique præcitata exemptio per Archiepiscopum ex iusta, & legitima Causa, & de consensu Capituli concessa seruari debet à Successoribus.

24. Indubitanter quotiès, vt in casu dicta concessio facta apparet per centum annos ante *extrauagantem ambitios. de rebus Ecclesiæ non alienandis* qua fuit interdicta alienatio rerum Ecclesiasticarum sinè Apostolico beneplacito, nàm dicta exemptio concessa fuit ex causa per Archiepiscopum Toletanum, & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Æra 1412., & sic anno Christi 1364., vt ex *dicto Summario nostro Num. 1. litt. V.* dicta autem extrauagans *ambitiosæ* publicata fuit anno 1468., vt apparet ex dicta extrauaganti in fine ibi = *Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnationis Dominicæ 1468. Kalendis Martij*, & sic centum annis post concessionem dicti priuilegij.

25. Sed quoad hanc tenutam de Perobequez, res in hodierna controuersia caret omni scrupolo: quandoquidem cum in limine fundationis dicti Regij Monasterij Agnes Garzia Fundatrix Neptis Regis assignasset pro Dote illius totum Tenimentum, quod possidebat in Perobequez, & duas Vineas in Territorio Ciuitatis Toleti Æra 1412., & sic immediatè post constructum Monasterium, & postquam Moniales in eo permanerent, & professionem emisissent, in executionem dictæ concessionis, in qua cautum fuerat, vt possessiones dicti Monasterij deberent de consensu Capituli, seù ab eo deputatorum æstimari, & cognosci, an illorum pretium ascenderet ad dictam summam 25. mil. merapetinorum monetæ tunc currentis, vt ex *dicto Num. primo litt. MM., & litt. II.*, hinc dicto anno Reuerendissimum Capitulum deputauit duos Canonicos ad hoc, vt æstimarent bona, quæ tunc nostrum Monasterium possidebat, vt ex *dicto 2. Summario Additionali Num. 2. litt. C.*, eisque iniunxit, vt si reperirent, quòd bona possessa per Monasterium excederent summam 25. mil. merapetinorum, compellerent Moniales ad soluendum Decimam ex bonis, quæ possident vltra dictam summam *dicto*

Num. 2.

*Num.*2. *litt. D.*, si verò illorum valor non excederet dictam summam, quòd tunc dd. Bona exempta declararent *dicto Nu.*2. *litt.E.*, & Reuerendissimus Archiepiscopus præuia declaratione, quòd firmam habere vellet exemptionem Monialibus concessam pro summa 25. mil. merapetinorum commisit eisdem duobus Canonicis, vt ad æstimationem bonorum tunc per Monasterium possessorum procederent, vt ex *dicto Num.*2. *à litt. F. ad K.*, & dd. duo Canonici Delegati ab Episcopo, & Capitulo ad dictam æstimationem processerunt, & comperuerunt, quod Moniales possidebant *totum Tenimentum de Perobequez*, & in suis terminis assignatum pro Dote à dicta Agnete Garzia Fundatrice, quod fuit æstimatum *vndecim mille Merapetinis dicto Num.*2. *litt. M.*, compertum fuit, quòd dd. Moniales possidebant magnam Vineam sitam in Territorio Toletano, quæ fuit æstimata 5500. merapetinis *dicto Num.*2. *litt. N.*, fuit quoquè compertum possidere aliam Vineam paritèr in Territorio Toletano, quæ fuit æstimata 2000. merapetinis *dicto Num.*2. *litt. O.*, & proindè compertum fuit, quòd Moniales non adhuc possidebant tot bona, quæ ascendebant ad valorem 25. mil. merapetinorum, sed dumtaxàt ad valorem 19.mil. merapetinor., *d. Num.*2. *litt. O.*, & proindè declararunt Moniales non teneri ad Decimarum solutionem ex dd. bonis, ex quo non adhùc ascendebant ad valorem 25. mil. merapetinorum *dicto Num.*2. *litt. P.*: quò circà cum Tenimentum de Perobequez cum omnibus suis terminis vsque de anno 1368. fuisset declaratum exemptum à Decimarum solutione, & constat quod Moniales ex dicto Tenimento nunquàm Decimas persoluerunt, vt liquet tùm ex Testibus examinatis anno 1641., *dicto Summario Num.*1., proùt supra fuit probatum, quam ex Testibus examinatis anno 1703., *Summario Num.*3., *& seqq.*, *& Summario Additionali per totum*, vtique etiam si pro validitate, & subsistentia dictæ exemptionis esset necessaria confirmatio Apostolica illa intercessisse præsumitur ex obseruantia tot Sæculorum ex conclusionibus vulgatis.

26. Neque denique dicatur, quòd præmissa concludant exemptionem solius Tenimenti de Perobequez, non autem concernat aliud Tenimentum de Vrtada, quoniàm dictum Tenimentum est modicum, cum non excedat 50. fanegas, vt ex illius descriptione compulsata ex parte aduersa, & in actis producta secundo *Summario Additionali Num. primo litt. CCC.*, & Monasterium non ampliùs possidet illas duas Vineas anno 1368. æstimatas, & proindè dictum Tenimentum subrogatum dici debet in loco dd. Vinearum à Monasterio alienatarum; vltra quòd de tempore, quo facta fuit æstimatio Monasterium non possidebat tot bona, quorum valor ad 25. mil. merapetinos ascendebat, sed dumtaxàt fuerunt æstimata 19. mil. merapetinis *dicto* 2. *Summario Additionali litt. TT.*, *& Num.*2. *litt.L.*,

litt. L., & sic adhùc deficiebant bona valoris sex mille merapetinorum.

Nec replicari valet quod valor 25.mil. merapetinorum vix hodiernis temporibus constituant summam scutorum centum, quodque proindè Moniales prætendere non possunt exemptiones vigore dictæ Concessionis nisi pro bonis vsque ad dictam summam scutorum centum; Quoniam fuit concessa Monialibus exemptio vsq; ad summam 25. mil. merapetinorum *tunc currentium*, vt ex *dicto Summario Additionali Num. primo litt. TT.*, qui merapetinus tunc constituebatur ex decem denarijs *dicto Summario Num.2. litt. N.*, merapetinus autem, qui tunc temporis valebat decem denarijs erat aureus, & illius valor excedebat scutum auri, de qua specie merapetinorum habetur mentio *in cap. Cum olim il secundo de priuilegijs*, vbi *Barbosa num.14.*, & plenè probat *Couarruu. in Jun speciali tractatu collationis numismorum cap.5., & 6.*, vbi testatur *quod merapetinus decem denariorum erat aureus, & valebat plusquam scutum auri*.

28. Quod probatur ex eo quod Tenimentum de Perobequez cum suis terminis licet constituatur ex 1636. fanegis Terræ, vt ex *secundo Summario Additionali num. 1. lit.D.D.D*, & nihilominùs fuit æstimatum vndecim mille meraperinis dumtaxàt *dicto secundo Summario Additionali num.2. lit.M.*

29. Neque prætendi potest dictum Tenimentum fuisse auctum temporis progressu, non solùm quia de hoc augmento non fuit doctum præsertim quia Agens Generalis vidit, & recognouit omnia Instrumenta, & scripturas in nostro Archiuio existentes, quæ concernunt acquisitionem Tenimenti de Perobequez, vt ex *dicto secundo Summario Additionali num.1. lit.N. lit.S., & lit.V.V.*, & non solum non potuit reperire quicquam Moniales acquisiuisse in Territorio de Perobequez vltra primam assignationem factam ab Agnete Garzia Fundatrice Monasterij, quæ erat Regis Neptis in limine fundationis dicti Monasterij, sed vidit processum antiquum factum anno 1442. in quo adsunt depositiones Testium, qui deposuerunt, quòd Monasterium 60., & vltrà annis ante possederat Tenimentum de Perobequez, in quo non solum habebant plures vineas, & oliueta, sed etiam Terras sasiuas vltra 1200. fanegas *secundo Summario Additionali num.3. per totum*, ex quorum depositionibus videtur plenè constare, quòd Tenimentum de Perobequez est illud idem, quòd prò dote Monasterij fuit assignatum anno 1368. æstimatum anno 1378. vndecim mille merapetinis, nàm cum hodiè totum Tenimentum constituatur ex 1636. fanegis *dicto num.1. lit.D.D.D.*, & ex Testibus examinatis anno 1448., qui deposuerunt de certa scientia, quod viderunt per 60. annos Monasterium possidere in dicto Territorio de Perobequez *plures vineas, oliueta*, & 1200. fanegas Terræ sasiuæ iam apparet Tenimentum de Perobequez non fuisse auctum, sed semper idem fuisse.

30. Ne-

30. Neque dicatur, quòd documentum, de quo in *nostro Summario num.*2., non faciat fidem, ex quo non fuit compulsatum citata Parte; nàm cum ex nostra parte vsque de anno 1721. producta fuissent in actis tàm documentum, & concessio exemptionis facta ab Episcopo, & Capitulo exaduersò nuper compulsata, quàm d. bonorum æstimatio, & dict. exemptionis confirmatio, & apparet Moniales omnes Scripturas, Priuilegia, & Instrumenta extradidisse Agenti Generali Reuerendissimi Episcopi Toletani vigore comm[illegible]sorialium, vt *ex Summ. num. prim. litt. N., & S., & litt. V. V.*, vtique Agens vtrumque Instrumentum à nobis in Signatura productum debebat compulsare, non autèm vnum, vel saltem si non adesset in nostro Archiuio dictum Instrumentum, vel non esset originale, & in forma probanti, debebat super eo petere Testimonium; cum itaque in Partibus dictum Instrumentum non impugnasse[illegible] perindè habendum est, ac si fuisset legitimè compulsatum nec amplius redargui potest, quod non sit legale; Et in omnem casum probari deberet exaduersò, quòd controuersa tenimenta de Perobequez, & Vrtada, quæ exempta ab hoc Supremo Auditorio declarata fuerunt excedant valorem 25.m. merapetinorum iuxtà valorem, qui valebat de tempore concessæ exemptionis, quia cum Moniales à tempore immemorabili fuissent in quasi possessione non soluendi Decimas ex dictis Tenimentis vtique præsumitur illa ad formam concessionis fuisse æstimata, eorumque valorem non [illegible]endere ad summam 25.m. merapetinorum, prò qua summa Moniales saltem debent esse exempta, quam legitimam præsumptionem inducit tot sæculorum obseruantia, iuxtà quam nunquàm ex dd. Tenimentis decima soluta fuit.

Quarè &c.

Vitus Angelus Caualletti.

R. P. D.

FALCONERIO

Toletana Decimarum super Tenimentis de Perobequez, & Vrtada.

PRO

Ven. & Regio Monasterio Monialium Clausarum Ordinis S. Dominici Ciuitatis Toleti.

CONTRA

Illm̃um, & Rm̃um Archiepiscopum, & Capitulum Toletanum, aliosque decimarum participes.

Facti.

Typis Zinghi, & Monaldi 1724.